150

PRECI

NELLA VISITA

DEL

SS. SAGRAMENTO

AD USO

DELLA

REAL CAPPELLA PALATINA.

NAPOLI,
DALLA STAMPERIA REALE.
1824.

LITANIAE

OMNIUM SANCTORUM.

Kyrie eléison.
Christe eléison.
Kyrie eléison.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de Coelis Deus. *Miserere nobis.*
Fili Redemptor mundi Deus. *Miserere nobis.*
Spiritus sancte Deus. *Miserere nobis.*
Sancta Trinitas unus Deus. *Miserere nobis.*
Sancta Maria. *Ora pro nobis.*
Sancta Dei Genitrix. *Ora*
Sancta Virgo virginum. *Ora*
Sancte Michael. *Ora*
Sancte Gabriel. *Ora*
Sancte Raphael. *Ora*
Omnes sancti Angeli, et Archangeli. *Orate pro nobis.*

Omnes sancti beatorum spirituum ordines.	*Orate*
Sancte Joannes Baptista.	*Ora*
Sancte Joseph.	*Ora*
Omnes sancti Patriarchae, et Prophetae.	*Orate*
Sancte Petre.	*Ora*
Sancte Paule.	*Ora*
Sancte Andrea.	*Ora*
Sancte Jacobe.	*Ora*
Sancte Joannes.	*Ora*
Sancte Thoma.	*Ora*
Sancte Jacobe.	*Ora*
Sancte Philippe.	*Ora*
Sancte Bartholomaee.	*Ora*
Sancte Matthaee.	*Ora*
Sancte Simon.	*Ora*
Sancte Thaddaee.	*Ora*
Sancte Mathia.	*Ora*
Sancte Barnaba.	*Ora*
Sancte Luca.	*Ora*
Sancte Marce.	*Ora*
Omnes sancti Apostoli, et Evangelistae.	*Orate*
Omnes sancti Discipuli Domini.	*Orate*
Omnes sancti Innocentes.	*Orate*

Sancte Stéphane.	*Ora*
Sancte Laurenti.	*Ora*
Sancte Vincénti.	*Ora*
Sancti Fabiane, et Sebastiane.	*Orate*
Sancti Joannes, et Paule.	*Orate*
Sancti Cosma, et Damiane.	*Orate*
Sancti Gervasi, et Protasi.	*Orate*
Omnes sancti Martyres.	*Orate*
Sancte Silvéster.	*Ora*
Sancte Gregori.	*Ora*
Sancte Ambrosi.	*Ora*
Sancte Augustine.	*Ora*
Sancte Hieronyme.	*Ora*
Sancte Martine.	*Ora*
Sancte Nicolae.	*Ora*
Omnes sancti Pontifices, et Confessores.	*Orate*
Omnes sancti Doctores.	*Orate*
Sancte Antoni.	*Ora*
Sancte Benedicte.	*Ora*
Sancte Bernarde.	*Ora*
Sancte Dominice.	*Ora*
Sancte Francisce.	*Ora*
Omnes sancti Sacerdotes, et Levitae.	*Orate*

Omnes sancti Monachi, et Eremitae. *Orate*
Sancta Maria Magdaléna. *Ora*
Sancta Agatha. *Ora*
Sancta Lucia. *Ora*
Sancta Agnes. *Ora*
Sancta Caecilia. *Ora*
Sancta Catharina. *Ora*
Sancta Anastasia. *Ora*
Omnes sanctae Virgines, et Viduae. *Orate*
Omnes Sáncti, et Sanctae Dei. *Intercédite pro nobis.*
Propitius esto. *Parce nobis Domine.*
Propitius esto. *Exaudi nos Domine.*
Ab omni malo. *Libera nos Domine.*
Ab omni peccato. *Libera*
Ab ira tua. *Libera*
A subitanea, et improvisa morte. *Libera*
Ab insidiis diaboli. *Libera*
Ab ira, et odio, et omni mala voluntate. *Libera*
A spiritu fornicationis. *Libera*
A fulgure, et tempestate. *Libera*
A flagello terraemotus. *Libera*
A morte perpetua. *Libera*

Per mystérium sanctae incarnationis tuae. *Libera*
Per advéntum tuum. *Libera*
Per nativitatem tuam. *Libera*
Per baptismum, et sanctum jejunium tuum. *Libera*
Per crucem, et passionem tuam. *Libera*
Per mortem, et sepulturam tuam. *Libera*
Per sanctam resurrectionem tuam. *Libera*
Per admirabilem ascensionem tuam. *Libera*
Per adventum Spiritus Sancti Paracliti. *Libera*
In die judicii. *Libera*
Peccatores. *Te rogamus audi nos.*
Ut nobis parcas. *Te rogamus*
Ut nobis indulgeas. *Te rogamus*
Ut ad veram poenitentiam nos perducere dignéris. *Te rogamus*
Ut Ecclésiam tuam sanctam regere, et conservare dignéris. *Te rogamus*
Ut domnum Apostolicum, et omnes Ecclesiasticos ordines in sancta religione conservare dignéris. *Te rogamus*
Ut inimicos sanctae Ecclesiae humiliare dignéris. *Te rogamus*

Ut Régibus, et Principibus Christianis pacem, et veram concordiam donare dignéris. *Te rogamus*

Ut cuncto populo Christiano pacem, et unitatem largiri dignéris. *Te rogamus*

Ut nosmetipsos in tuo sancto servitio confortare, et conservare dignéris. *Te rogamus*

Ut mentes nostras ad coeléstia desideria érigas. *Te rogamus*

Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas. *Te rogamus*

Ut animas nostras, fratrum, propinquorum, et benefactorum nostrorum, ab aeterna damnatione eripias. *Te rogamus*

Ut fructus terrae dare, et conservare dignéris. *Te rogamus*

Ut omnibus fidélibus defunctis réquiem aeternam donare dignéris. *Te rogamus*

Ut nos exaudire dignéris. *Te rogamus*

Fili Dei. *Te rogamus*

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. *Parce nobis Domine.*

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. *Exaudi nos Domine.*

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. *Miserere nobis.*

Christe audi nos. Christe exaudi nos.

Kyrie eléison. Christe eléison.

Kyrie eléison. Pater noster *segreto.*

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℟. Sed libera nos a malo.

℣. Domine exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, qui culpa offenderis, poenitentia placaris: preces populi tui supplicantis propitius respice: et flagella tuae iracundiae, quae pro peccatis nostris meremur, averte.

IN EXPOSITIONE SS. SACRAMENTI.

PANGE lingua gloriosi
Corporis mystérium,
Sanguinisque pretiosi,
Quem in mundi prétium
Fructus ventris generosi
Rex effudit Gentium.
Nobis datus, nobis natus
Ex intacta Virgine
Et in mundo conversatus,
Sparso verbi semine,
Sui moras incolatus
Miro clausit ordine.
In supremae nocte coenae
Recumbens cum fratribus
Observata lege plene
Cibis in legalibus,
Cibum turbae duodenae
Se dat suis manibus.

Verbum caro, panem verum
Verbo carnem efficit;
Fitque sanguis Christi merum,
Et si sensus deficit,
Ad firmandum cor sincerum
Sola fides sufficit.
Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui:
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui:
Praestet Fides supplementum
Sensuum defectui.
Genitori, genitoque
Laus, et jubilatio,
Salus, honor; virtus quoque
Sit, et benedictio:
Procedenti ab utroque
Compar sit laudatio. Amen.

FORMOLA DI PREGHIERA

PER LA VISITA

DEL SS. SAGRAMENTO.

Eccoti, anima mia, alla presenza del tuo Dio: su questo Altare si ritrova Gesù Sagramentato, quello, che si è fatt' Uomo per amor tuo. Anima mia raccogliti, entra in te stessa, lascia da parte ogni pensiere terreno, pensa, che

ti accosti a parlare con Dio. O quanti Serafini stanno qui attorno, adorando il Santissimo Sagramento! Anima mia adora cogli Angioli, e co' Santi il tuo Signore: quello Dio d'infinita Maestà, che fa Beato il Paradiso.

ATTO DI FEDE, E DI ADORAZIONE.

Adorato mio Gesù, perchè voi l'avete insegnato, io credo fermamente, che vi trovate in questo Divino Sagramento in Anima, Corpo, e Divinità, e siete quello stesso Dio, che v' incarnaste, nasceste, e moriste per me, che

ora sedete glorioso alla destra del Vostro Divin Padre, e che dovete un tempo essere mio rimuneratore: credo tutto ciò, mio Gesù, e credo in Voi prima infallibile verità: credo Signore, ed accrescete la mia fede, mentre io a' vostri piedi umiliato vi adoro con tutto l'intimo del mio cuore, vi adoro insieme cogli Angeli del Paradiso, vi adoro in ispirito, e verità, e nella considerazione dell' abisso delle vostre infinite perfezioni, e del mio nulla, tutto mi perdo, e mi confondo.

ATTO DI SPERANZA.

Gesù mio, Dio di tutte le speranze, per le vostre promesse spero dalla vostra Misericordia ogni bene: so, che il vostro Sangue mi perdona i peccati, mi fa accostare con confidenza al Padre, mi apre le porte del Paradiso. Da Voi aspetto l'abbondanza delle vostre grazie, per vivere santamente sino alla morte, e poi godervi nel Paradiso. Sto certo, che quanto da Voi spero, tanto conseguirò.

ATTO DI AMORE.

O Sagramentato mio Signore, Voi da per tutto spargete fiamme di carità, spirate fuoco d'amore; ed io sono tutta durezza, tutto gelo verso di Voi! Vorrei ardere del vostro amore: vorrei amarvi quanto v' ama il Cielo, e la Terra: Ah mio Gesù accendete, vi prego, nel freddo mio cuore un amore degno di Voi; fate, che io vi ami con tutta l'anima mia, con tutto me stesso. Vi amo, e vi amerò sempre, mio Creatore, mio Redentore. Vorrei

vedervi amato da tutto il Mondo, e vorrei procurarvi tutta la gloria, che meritate, a costo di tutto il mio sangue.

ATTO DI PENTIMENTO.

Ah Signore, conosco la mia empietà; detesto le mie mancanze. La polvere si è innalzata contro di Voi, il fango si è contro di Voi sollevato, il nulla se l'ha preso contro del tutto. Ah mio Gesù, sono un mostro d'iniquità, mi sono fatto forte contro all'Onnipotente: in vece di amarvi, vi ho disgustato, e quel che

è peggio avanti di Voi Sagramentato per me. Ve ne chieggo in questa sera perdono, me ne pento, detesto sopra ogni male le offese fatte contro a Voi, infinito Bene, amabile sopra ogni cosa. Gesù mio, prima morire, che più peccare. Dio mio, io sono indegno del perdono, ma una vostra occhiata pietosa basta a salvarmi. Dio delle misericordie, soccorrete la mia fragilità.

ATTO DI RINGRAZIAMENTO.

Gesù mio, vi ringrazio con tutto il cuore, che siete restato

fra noi nel Santissimo Sagramento, che siete venuto tante volte in me nella Santa Comunione, facendovi cibo mio, e che ora mi ammettete alla vostra presenza. Vi ringraziino per me gli Angioli, i Santi, le anime giuste, e sopra tutti la vostra Divina Madre Maria Santissima.

OFFERTA.

Gesù mio, Voi vi siete sacrificato tutto Voi per amor mio, che posso rendervi io? Vi offerisco in perpetuo olocausto tutto me, a Voi consagro l'anima mia, ed

il corpo mio, le potenze, ed i sensi miei quanto sono, e quanto posso. Sia tutto vostro, e non mio questo povero cuore.

PREGHIERA.

Vi raccomando, o Signore, la Chiesa vostra Sposa, il Sommo Pontefice, che n'è capo visibile, ed il nostro Pastore: riempiteli del vostro spirito, per la loro, e nostra santificazione.

Vi raccomando gli Eretici, e gl'Infedeli, affinchè dalle tenebre passino una volta alla luce della vera vostra credenza.

Vi raccomando i miei bisogni spirituali, e temporali, e quelli di tutta intera la mia famiglia: datele il necessario sostentamento, e fate che regni in essa la vostra pace.

Concedete, o Signore, suffragio alle Anime Sante del Purgatorio: ajutate gli agonizzanti in quell'estremo bisogno: consolate gli afflitti.

Vi prego ancora pe' miseri peccatori, acciocchè illuminati col vostro lume, e convertiti colla santa vostra grazia, per mezzo d'una sincera penitenza, ritornino a Voi, Padre amoroso, che

siete sempre pronto ad accoglierli.

Vi prego pel nostro Sovrano, e per tutti coloro, che ci governano; pe'miei parenti, benefattori, ed amici, e con modo speciale anche per gli nemici, perchè Voi così comandate.

Vi chiedo finalmente da questo Trono di Misericordia, da questo Tabernacolo di carità, da quest' Altare di grazie quel che tante volte avete promesso di darmi. Vi chiedo lo spirito buono, e per mezzo vostro, dolcissimo mio Gesù, lo chiedo all'Eterno Vostro Divin Padre. Datemelo, acciocchè vi possa amare per sempre:

datemelo, acciocchè mi renda forte contro al Demonio, e terribile a tutto l'inferno: datemelo, acciocchè io con questo spirito, e con questa grazia possa perseverare per sempre nel bene, sino all'ultimo respiro della mia vita.

Esaudite, Signore, i pianti miei, esaudite le mie preghiere, Dio delle Misericordie, e così m' avrete sempre soggetto alla vostra Legge, e sarà questa impressa sempre dentro il mio seno.

COMUNIONE SPIRITUALE.

Venite, o Signore, dentro di me: venite nel mio cuore, santificatelo colla vostra grazia: venite desiderio dell'Eterne Colline, desiderato da tutte le genti: amore di tutti i Patriarchi, venite in me: a Voi mi unisco, e nel vostro sagro Costato tutto mi nascondo: non voglio altro bene, che Voi: niuna cosa voglio fuori di Voi: santificatemi Voi, saziatemi Voi, beneditemi Voi, e sarò contento per sempre.

LITANIE

DELLA B. VERGINE.

Kyrie eléison.	
Christe eléison.	
Kyrie eléison.	
Christe audi nos.	
Christe exaudi nos.	
Pater de Coelis Deus.	*Miserere nobis.*
Fili Redemptor mundi Deus.	*Miserere*
Spiritus Sancte Deus	*Miserere*
Sancta Trinitas unus Deus.	*Miserere*
Sancta Maria.	*Ora pro nobis.*
Sancta Dei Genitrix.	*Ora*
Sancta Virgo Virginum.	*Ora*
Mater Christi.	*Ora*
Mater Divinae Gratiae.	*Ora*

Mater purissima.	*Ora*
Mater castissima.	*Ora*
Mater inviolata.	*Ora*
Mater intemerata.	*Ora*
Mater amabilis.	*Ora*
Mater admirabilis.	*Ora*
Mater Creatoris.	*Ora*
Mater Salvatoris.	*Ora*
Virgo prudentissima.	*Ora*
Virgo veneranda.	*Ora*
Virgo praedicanda.	*Ora*
Virgo potens.	*Ora*
Virgo clemens.	*Ora*
Virgo fidelis.	*Ora*
Speculum Justitiae.	*Ora*
Sedes Sapientiae.	*Ora*
Causa nostrae laetitiae.	*Ora*
Vas spirituale.	*Ora*
Vas honorabile.	*Ora*
Vas insigne devotionis.	*Ora*
Rosa mystica.	*Ora*
Turris Davidica.	*Ora*
Turris eburnea.	*Ora*

Domus aurea.	*Ora*
Foederis Arca.	*Ora*
Janua Coeli.	*Ora*
Stella matutina.	*Ora*
Salus infirmorum.	*Ora*
Refugium peccatorum.	*Ora*
Consolatrix afflictorum.	*Ora*
Auxilium Christianorum.	*Ora*
Regina Angelorum.	*Ora*
Regina Patriarcharum	*Ora*
Regina Prophetarum.	*Ora*
Regina Apostolorum.	*Ora*
Regina Martyrum.	*Ora*
Regina Confessorum.	*Ora*
Regina Virginum.	*Ora*
Regina Sanctorum omnium.	*Ora*
S. Maria sine labe originali concepta.	*Ora*
Regina Sacratissimi Rosarii.	*Ora*
S. Maria Mater Gratiarum.	*Ora*
S. Joseph.	*Ora*
S. Januari.	*Ora*

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. *Parce nobis Domine.*

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. *Exaudi nos Domine.*

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. *Miserere nobis.*

℣. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.

℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

Concede nos famulos tuos, quaesumus Domine Deus, perpetua mentis, et corporis sanitate gaudere, et gloriosa B. Mariae semper Virginis intercessione, a praesenti liberari tristitia, et aeterna perfrui laetitia. Per Christum etc.

Dalla sera del Sabato avanti la prima Domenica dell' Avvento, fino alla sera della vigilia di Natale, in luogo del ℣., *e* ℟. Ora pro nobis *e dell' Orazione* Concede, *si dirà*:

℣. Angelus Domini nuntiavit Mariae.

℟. Et concepit de Spiritu Sancto.

OREMUS.

Gratiam tuam, quaesumus Domine, mentibus nostris infunde: ut qui Angelo nuntiante, Christi Filii tui Incarnationem cognovimus, per Passionem ejus, et Crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eumdem Christum etc.

Dalla sera della vigilia di Natale, fino alla sera della Purificazione, si dirà:

℣. Post partum Virgo inviolata permansisti.
℟. Dei Genitrix intercede pro nobis.

OREMUS.

Deus, qui salutis aeternae, B. Mariae Virginitate foecunda, humano generi praemia praestitisti: tribue quaesumus; ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitae suscipere, Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. R. Amen.

Dopo la Purificazione di Maria Santissima fino al Giovedì Santo si dirà:

℣. Dignare me laudare Te, Virgo sacrata.
℟. Da mihi virtutem contra hostes tuos.

OREMUS.

Concede, Misericors Deus, fragilitati nostrae praesidium, ut qui Sanctae Dei Genitricis memoriam agimus, intercessionis ejus auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus.

Dalla sera del Sabato Santo, fino alla vigilia della SS. Trinità, si dirà:

℣. Gaude, et laetare Virgo Maria, alleluja.
℟. Quia surrexit Dominus vere, alleluja.

OREMUS.

Deus, qui per Resurrectionem Filii tui Domini nostri Jesu Christi, mundum laetificare

dignatus es, praesta quaesumus, ut per ejus Genitricem Virginem Mariam perpetuae capiamus gaudia vitae. Per eumdem Christum etc.

Da' primi Vesperi della SS. Trinità fino a nona del Sabato precedente la prima Domenica dell' Avvento, si dirà:

℣. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.
℟. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OREMUS.

Omnipotens sempiterne Deus, qui gloriosae Virginis Matris Mariae corpus, et animam, ut dignum Filii tui habitaculum effici mereretur, Spiritu Sancto cooperante praeparasti; da ut cujus commemoratione laetamur, ejus pia intercessione ab instantibus malis, et a morte perpetua liberemur. Per eumdem Christum Dominum nostrum.

Pange lingua gloriosi
Corporis mysterium,
Sanguinisque pretiosi,
Quem in mundi pretium,
Fructus ventris generosi
Rex effudit Gentium.
Tantum ergo Sacramentum
Veneremur cernui:
Et antiquum documentum
Novo cedat ritui:
Praestet Fides supplementum
Sensuum defectui.
Genitori, Genitoque
Laus, et jubilatio,
Salus, honor; virtus quoque
Sit, et benedictio:
Procedenti ab utroque
Compar sit laudatio. Amen.

℣. Panem de Coelo praestitisti eis.
℟. Omne delectamentum in se habentem.
Nel tempo Pasquale si aggiunga: Alleluja.

OREMUS.

Deus, qui nobis, sub Sacramento mirabili, Passionis tuae memoriam reliquisti: tribue quaesumus, ita nos Corporis, et Sanguinis tui sacra Mysteria venerari, ut Redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus.

ORAZIONE PEL RE.

Quaesumus, Omnipotens Deus, ut famulus tuus N. Rex noster, qui tua miseratione suscepit Regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa: quibus decenter ornatus, et vitiorum monstra devitare, et ad te, qui via, veritas, et vita es, gratiosus valeat pervenire. Per Christum Dominum nostrum etc.

ORAZIONI DIVERSE.

DELLO SPIRITO SANTO.

Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti: da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere. Per Dominum nostrum etc. . . . . in unitate ejusdem Spiritus Sancti.

PEL SOMMO PONTEFICE.

Deus omnium fidelium pastor, et rector, famulum tuum N. quem pastorem Ecclesiae tuae praeesse voluisti, propitius respice: da ei, quaesumus, verbo, et exemplo, quibus praeest, proficere; ut ad vitam, una cum grege sibi credito, perveniat sempiternam. Per Dominum.

PER L'ELEZIONE DEL SOMMO PONTEFICE.

Supplici, Domine, humilitate deposcimus, ut sacrosanctae Romanae Ecclesiae concedat Pontificem illum tua immensa pietas, qui et pio in nos studio semper tibi placitus, et tuo populo pro salubri regimine sit assidue ad gloriam tui nominis reverendus. Per Christum.

PER QUALUNQUE NECESSITÀ.

Deus refugium nostrum, et virtus, adesto piis Ecclesiae tuae precibus auctor ipse pietatis, et praesta: ut, quod fideliter petimus, efficaciter consequamur.

IN TEMPO DI GUERRA.

Deus, qui conteris bella, et impugnatores in te sperantium potentia tuae defensionis expugnas, auxiliare famulis tuis implorantibus misericordiam tuam, ut inimicorum suorum feritate

depressa, incessabili te gratiarum actione laudemus.

PER LA PACE.

Deus, a quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla.

PEL TERREMOTO.

Omnipotens sempiterne Deus, qui respicis terram, et facis eam tremere, parce metuentibus, propitiare supplicibus, ut, cujus iram terrae fundamenta concutientem expavimus, clementiam contritiones ejus sanantem jugiter sentiamus.

PER LA FAME, E PESTE.

Da nobis, quaesumus Domine, piae supplicationis effectum, et pestilentiam, famemque propitiatus averte; ut mortalium corda cognoscant,

et te indignante, talia flagella prodire, et te miserante, cessare.

PER ALLONTANAR LE TEMPESTE.

A domo tua, quaesumus Domine, spiritales nequitiae repellantur, et aërearum discedat malignitas tempestatum.

PEL TEMPO DI EPIDEMIA.

Deus misericordiae, Deus pietatis, Deus indulgentiae, qui misertus es super afflictionem populi tui, et dixisti Angelo percutienti populum tuum, contine manum tuam, ob amorem illius Stellae gloriosae, cuius ubera pretiosa contra venenum nostrorum delictorum, quam dulciter suxisti: praesta auxilium gratiae tuae, ut ab omni peste, et improvisa morte secure liberemur, et a totius perditionis incursu misericorditer salvemur. Per te Jesu Christe Rex gloriae, qui vivis, et regnas in saecula saeculorum.

PEL BISOGNO DI PIOGGIA.

Deus, in quo vivimus, movemur, et sumus, pluviam nobis tribue congruentem: ut praesentibus subsidiis sufficienter adjuti, sempiterna fiducialius appetamus.

PER OTTENERE LA SERENITÀ DELL' ARIA.

Ad te nos, Domine, clamantes exaudi: et aëris serenitatem nobis tribue supplicantibus: ut, qui juste pro peccatis nostris affligimur, misericordia tua praeveniente, clementiam sentiamus.

PER QUALSIVOGLIA TRAVAGLIO.

Ne despicias, Omnipotens Deus, populum tuum in afflictione clamantem: sed propter gloriam nominis tui, tribulatis succurre placatus.

PER LA REMISSIONE DE' PECCATI.

Deus, qui nullum respuis, sed quantumvis peccantibus per poenitentiam pia miseratione placaris: respice propitius ad preces humilitatis nostrae, et illumina corda nostra; ut tua valeamus implere praecepta.

PER CHI FA VIAGGIO.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, et viam famulorum tuorum in salutis tuae prosperitate dispone: ut inter omnes viae, et vitae hujus varietates, tuo semper protegantur auxilio.

PER LI NAVIGANTI.

Deus, qui transtulisti patres nostros per mare rubrum, et transvexisti eos per aquam nimiam laudem tui nominis decantantes: te suppliciter deprecamur, ut in navi famulos tuos, repulsis

adversitatibus, portu semper optabili, cursuque tranquillo tuearis.

PER UN INFERMO.

Omnipotens sempiterne Deus, salus aeterna credentium: exaudi nos pro famulo tuo infirmo, pro quo misericordiae tuae imploramus auxilium; ut reddita sibi sanitate, gratiarum tibi in Ecclesia tua referat actiones.

PER N. N. INCINTA.

Deus, qui vota fidelium exaudire, et famulam tuam N. N. foecundare dignatus es: concede propitius, ut prolem, quam utero gerit, feliciter enitatur.

PEL PARTO.

Deus, qui rogantibus postulata concedis, exaudi propitius preces nostras, et praesta, ut famula tua N. N., una cum prole, quam Te

miserante concepit, Te adjuvante, pariendo incolumis evadat. Per Christum Dominum nostrum.

PER UN MORIBONDO.

Omnipotens, et Misericors Deus, qui humano generi, et salutis remedia, et vitae aeternae munera contulisti: respice propitius famulum tuum infirmitate corporis laborantem, et animam refove, quam creasti: ut in hora exitus illius absque peccati macula tibi Creatori suo per manus sanctorum Angelorum repraesentari mereatur.

RENDIMENTO DI GRAZIE

NELLA FINE DEGLI ESERCIZJ SPIRITUALI

POST TE DEUM.

℣. Benedicamus Patrem, et Filium cum Sancto Spiritu.
℟. Laudemus etc.
℣. Benedictus es Domine in firmamento Coeli.
℟. Et laudabilis etc.
℣. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.
℟. A templo sancto tuo, quod est in Hierusalem.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Deus, cujus misericordiae non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus, piissimae

majestati tuae pro collatis donis gratias agimus, tuam semper clementiam exorantes, ut qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens, ad praemia futura disponas. Per Christum etc.

Defende, quaesumus Domine, Beata Maria semper Virgine intercedente, istam ab omni adversitate Civitatem, et toto corde tibi prostratam, ab hostium propitius tuere clementer insidiis. Per Christum Dominum etc.

ALTRE ORAZIONI.

PER S. GIUSEPPE.

Sanctissimae Genitricis tuae Sponsi, quaesumus Domine, meritis adjuvemur: ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur.

PER S. ROCCO.

Deus, qui Beato Rocho, per Angelum tuum tabulam eidem offerentem promisisti, ut qui ipsum invocaverit a nullo pestis cruciatu laederetur: praesta, quaesumus; ut qui ejus solemnia celebramus, ipsius meritis, et precibus a mortifera peste corporis, et animae liberemur.

PER LA NOVENA DI NATALE.

Deus, qui de Beatae Mariae Virginis utero, Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem suscipere voluisti: praesta supplicibus tuis, ut, qui vere eam Genitricem Dei credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur.

PEL PRINCIPIO DELL' ANNO.

Domine Deus Omnipotens, qui ad principium hujus anni nos pervenire fecisti, tua nos inde salva virtute, ut in hoc anno ad nullum declinemus peccatum, sed semper ad tuam justitiam faciendam nostra procedant eloquia, dirigantur cogitationes, et opera.

Da nobis, quaesumus Domine, perseverantem in tua voluntate famulatum: ut in diebus nostris, et merito, et numero populus tibi serviens augeatur.